

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Qualiter Indulgientiæ defunctis applicari possint. 10

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](#)

curius obtineretur: sed ea expostulat, quatenus necessaria sunt, ut thesaurus Ecclesiae applicari possit, ad quem effectum solum requiritur peccati mortalis remotio, qua cum per contritionem perfectam, cum per imperfectam cum confessione facta poreft.

23. Quod si aliquando Pontifex expresse confessionem expostulet, ut expostularet, si diceret: Intrat tot dies debeant a suis peccatis abolutionem sacramentalem obtinere, non est dubium, confessionem actualiem necessariam esse. Solum est dubium, si eam premissum, & postmodum ante impletum tempus obtinenda indulgentia in aliud mortale incidisti, an debes iterum confiteri. Negat Nufiez in addit. ad 3. p. c. 7. art. 3. dub. 4. Bon. disp. 6. q. 1. p. 5. n. 9. cd quod Pontifex non plures confessiones, sed unicas expostulauit, cui petitioni confessio- ne facta perfecta satiscisse videris.

24. Sed oppositum, tanquam secutus, consulendum est, ut ipse Bonac. consuli; quinimod existimetur probabilitas: quia Pontifex expostulans expresse confessionem, praemunitur ex fine expostulare, ut secutus, & certius consecuturus Indulgenciam, peccata, que illius consecutionem impedit possint, remoueat: at hac ratio virget, casu, quo te nouo peccato mortali grauatum sentias, ut manifestum est. Ergo.

25. Quinimod addit. Suar. disp. 52. f. 3. num. 7. in fine, si facta confessione ante tempus, quo indulgentia applicanda est, recordaris alicuius peccati in priori confessione obliti, te obligatum esse illud fateri alias indulgentiam non obtinebas: quia expostulatio confessio omnium peccatorum ante indulgentiam commissorum quatenus humano, & morali modo fieri potest. Sed oppositum verius censio, eo quod peccatum oblitum in confessione legitime facta remissum sit virtute gratiae per sacramentum communicata ac proinde securitatem indulgentia nullatenus impedit potest: confessio autem expostulatur omnium peccatorum, que fuerint ante indulgentiam commissa, queque virtute sacramenti, saltem virtualiter, remissa non fuerint: secus de remissis directe, vel indicite.

26. Sed, quid, si Pontifex, nulla mentione facta confessionis, Communionem expostulet, confititur confessionem expostulare ab eo, qui peccati mortalis confitit est? Non debet, qui id affirmet, & fatis probabilitate: quia peccato mortali grauatus Eucharistiam sumere debet, iure diuino obligatur confessionem praemittere: ergo Pontifex postulans Eucharistiae sumptionem, tacite expostulat, que ad ipsam ritè factam necessariò requiruntur: quippe Pontifex sumptionem dignam, non indiguan exigit. Contrarium defendit Suar. disp. 52. f. 3. n. 6. quem sequitur Laym. lib. 5. sum. tract. 7. cap. 6. q. 5. concl. 2. ea ratione motu: quia priuilegio Pontificis non est addendum onus, quod expellere non sit. At Pontifex ad confessionem indulgentiae non expressis confessionem; sed illius obligationem pro Eucharistia suscipienda, iuri diuino remisit: ergo ex petitione Eucharistie non inferunt confessionem postulari.

27. Nihilominus media via tenenda est, & affirmandum, confessionem pro consequenda indulgentia expostularam non esse per se: siquidem illius nulla fuit facta mentio, bene tamen, quatenus ad dignam Eucharistiae sumptionem fuerit necessaria, ob rationem superioris factam. Ex quo sit, si omisita confessione, quam præstare poteras, Eucharistiam sumas, indulgentiam non obtinebis, non directe, & formaliter, quia omisisti confessionem: sed quia omisisti Eucharistiae sumptionem ritè factam, quæ expostulata fuit. **E** contra vero, si importens fuitis ad praemittendam confessionem, cum eo casu ritè Eucharistiam sumas, confessione non praemissa indulgentiam consequeris.

## P V N C T V M X.

## Qualiter Indulgencie defunctis applicari possunt.

1. Defunctio indulgentia applicatur.
2. Hac applicatio fit, non per modum ab solutionis, sed suffragi: & in quo hac differentia sit.
3. Negat plures hanc applicationem esse infallibilem.
4. Verius est, infallibiliter effectum habere.
5. Soluitur oppositum fundamentum.
6. Solis existentibus in Purgatorio Indulgencie conceduntur.
7. Verius videtur, solis defunctis baptizatis indulgentias concedi posse.
8. Ad hanc indulgentiam pro defunctis applicandam requiriatur in concedente potestate, que solum est in Pontifice, in alio ex eius delegatione.
9. Obtinens indulgentiam pro defuncto debet exequi opus, in teptione saltem virinali, obtinendi indulgentiam.

10. Non est necessarium, quod in gratia existat, et si consultum sit.
11. Ex parte defuncti aliqui plures conditiones requirunt: sed reiciuntur.

1. **C**ertum est apud omnes Orthodoxos, defunctis in Purgatorio existentibus indulgentias applicari posse. Confat, tum ex Ecclesiæ praxi, aduersus quam disputare insolentissimæ insania est, inquit August. epist. 118. ad Lanarium tum ex consensu communis Summorum Pontificum, aliorumque definitio præcipue ex Leon. epist. ad Caet. contra Luther. & ex Sixto IV. Innocent. VIII. Pio II. Calixto, Paschasio, & aliis relatis à Gabriel. in addit. ad loc. 57. in canon. Si enim quilibet particularis potest suas satisfactiones defunctis applicare cur non potest Pontifex Christi, & Sanctorum satisfactiones; præcipue cum ipsi voluntatem habeant, ut non solum vivi, sed & defuncti sua opera proficiant?

2. Hanc applicationem communiter Doctores censem fieri, non per modum absolutionis, sed per modum suffragij, cuius differentia in eo sita est, utte Suarez disp. 53. f. 2. numer. 4. & f. 3. numer. 15. Valen. quæf. 20. pun. ult. Laym. lib. 5. sum. tract. 7. f. 7. in princ. Coninch. disput. 12. dub. 10. & aliis quod indulgentiam concedens per modum absolutionis, tanquam Index, & Superior illius, qui absoluuntur est, procedit, quemque à pena debita pro peccatis absolvit, oblita Deo ex satisfactione Christi, & Sanctorum sufficiente satisfactione. At concedens indulgentiam per modum suffragij, nullam in personam aboluendam iurisdictionem exercet: quia non absoluunt à pena; sed Deo satisfactionem sufficientem offert, ut ipse eam acceptans penam debitam remittat.

Cum autem Pontifex tibi concedit, ut possis, defuncto per modum suffragij indulgentiam applicare, ne intelligas, ibi forte fœmine, vel laico, concessam esse facultatem distribuendi thesaurum Ecclesie, & maximè in defunctorum favorem, quod semper est Pontificis reseratum: neque etiam intelligas, indulgentiam tibi coacepsam posse defuncto comunicare: nam si tibi concessa est, ponam tuorum peccatorum remissi: non igitur est locus applicationis. Sed intelligere debes, ibi remitti potestem delegandi defunctum: quia designatione facta Pontifice immediate, & directe indulgentiam applicat: & quia hæc applicatio tuam designationem subsequitur, id est dicens potestem habere applicandi indulgentiam defuncti, sicuti colligitur ex his, que tradit Suarez disp. 53. f. 3. à numer. 10. Coninch. disput. 12. dub. 10. Valen. p. vlt.

3. Sed, an hæc applicatio defuncti facta infallibiliter effectum habeat, sicuri habeter: si viventis ritè dispositis applicetur: non conuenient Doctores. Nam Richard. in 4. disp. 20. art. 3. quæf. 3. Duran. q. 4. num. 11. Caet. tract. 16. de indulgent. quæf. 5. & 6. Cordub. quæf. 15. & 16. opin. 4. Canuslib. 12. de locis. c. 13. ad 9. 9. Errant. Petr. Sotus loc. 3. de indulgent. Henr. lib. 7. cap. 7. num. 4. Laym. lib. 5. sum. tract. 7. cap. 7. n. 2. Bonac. disp. 6. quæf. 1. pan. 6. circa finem, alteratur, indulgentiam defunctis applicatam non habere infallibilem effectum, sed solum per modum cuiusdam imperationis ex libertate Dei acceptatione, eo quod Supremus Index non tenetur communicatione penæ sibi debitar acceptare, nisi ad id sua fe promissio obligauerit: at Deus non videtur obligatus ad acceptandam satisfactionem ex Christi, & Sanctorum meritis pro defunctis oblatam: quia Christus Dominus solum promisit solum in celis, quod Pontifex soluerit super terram; non vero quod Pontifex soluerit sub terra, ubi animæ detinentur, & penas luunt. Confirmant suam sententiam ex vñ fidelium, qui postquam indulgentiam plenariam alieui defuncto applicarunt, medio, in quaum, sacrificio, vel alio pio opere, iterum repetunt eandem indulgentiam: quod superfluum esset, si infallibiliter haberet effectum. Sentient ergo fideles solum habere effectum ex libera Dei acceptatione.

4. Cæterum multo verius est stante legitima causa concessionis, æquæ defunctis, ac viuis Indulgenciam infallibiliter applicari que est sicut sententia D. Thom. in 4. disp. 45. quæf. 2. art. 3. q. 9. 2. Sot. disp. 21. quæf. 2. art. 3. & disp. 45. quæf. 2. art. 3. Nauar. notab. 22. numer. 18. Suarez disp. 53. f. 3. numer. 5. Valen. t. 4. disp. 7. quæf. 20. pun. ult. in medio. Coninch. disp. 12. dub. 10. concl. 3. Benzon. lib. 2. c. 52. Et colligitur ex illa epist. Leonis X. ad Caetan. vbi de distributione thesauri, & indulgentiarum concessionis viuis ac defunctis facta loquens, omnibus nulla distinctione facta affiat prodefessi; viuis per modum absolutionis defuncti per modum suffragij, & vt rurisque distributionem ex apostolica autoritate prouenient. At viuis prodefessi Indulgenciam infallibiliter ex potestate à Christo accepta. Ergo etiam prodefessi debet defunctis, cum ex eadem potestate applicatio prouenient. Et confirmo: Pontifex à Christo potestatem accipit eius thesaurum dispensandi, & applicandi, non solum viuis, sed etiam defunctis legitima intercedente: ergo facta defunctis applicatione effectum obirent.

obtinebit, alias inutilis effet hæc potestas, neque differret ab ea, quam quilibet homo habet applicandi thelaurum Christi pro animabus Purgatorijs: siquidem per vitramque potestatem offeratur Deo satisfactio sufficiens; exorando illum, ut acceptam, & ratam habeat, illiusque intuitu penas defunctis remitterat. Deinde Petro, cùsque succelforibus promissa fuerunt claves, quibus regnum celorum non solum vivis, sed & defunctis apertur indulgentiarum concessionem. At, si indulgentia applicata defunctis infallibilem effectum non habent, clavis defecuosa est, & inutilis, vt pote quæ nequit celorum regnum defunctis aperire.

5. Ratio vero in contrarium ex probatione nostræ sententie soluta est: negamus namque Petro, cùsque succelforibus non esse à Christo promissum, quod Deus Mater acceptare satisfactionem oblatam ex thelauro Ecclesie in compensationem penæ a defunctis debet: fuit enim hoc promissum, cum Petro dicitur est: *Tibi dabo claves regnum celorum, & quocunque ligaueris super terram, erit ligatum & in celo: & quocunque solueris super terram, erit solutum & in celo.* Nam, ut certè inquit Valen. tom. 4. disp. 20. quest. 20. pun. 5. in med. verbum, *super terram*, referri non debet ad personas soluendas; quasi solum existentes super terram solvi possint; sed referendum est ad solutionis actum: quasi diceret: Quocunque solutionem in terris præstiteris, tunc viventium, sive defunctorum, rata erit in ecclesiis. Sicut enim, in celis, non refertur ad aliquam personam in ecclesiis soluendam; sed ad solutionis actum: sic dicendum est de verbo, *super terram*. Et forte ob hanc causam non dixit Christus: Quocunque absoluueris super terram, sed, *Quocunque solueris, ut ex verbo, solueris,* quod commune est solutioni iuridice, & authoritatice; & solutioni auxiliariæ, indicaretur, potestatem concedi soluendi viam per modum absolucionis, & defunctos per modum auxilij, & suffragij. Ad confirmationem nego, inutile esse iterum, aque iterum eandem indulgentiam pro defunctis lucrari: quia nunquam est certum, de facto integrè obtinent effectum ob deficuum in causa, qui forte adest; tum ob deficuum operis iniuncti, & dispositionis requisita in eo, qui opus inunctum exequitur, tum ex defectu acceptationis in animabus Purgatorijs, si necessaria est.

6. Dixa in principio, hanc indulgentiam concedi animabus in Purgatorio existentibus: nam existentes in celo, seu beate, indulgentia non indigent, quippe nullum debitum habent: existentes vero in inferno, seu dammate, incapaces sunt quilibet liberalis remissionis, tum ob carientiam gratie, tum ob peccatum mortale, quo perlerantur. Deinde in Limbo extentes, quales sunt decedentes cum solo originali, incapaces indulgentiam sunt, tum de defectu gratiae, tum, quia debitum personale non habent per indulgentiam remittendum. Quod si aliquo veniali affecti sint, alhuc incapaces sunt. Indulgentia sufficienda ob gratiae deficuum: & quia nunquam pena peccato debita remittitur, quin prius culpa remissa sit. Rerum ergo, ut solum animabus Purgatorijs Indulgentia concedi possint.

7. Sed an omnibus in Purgatorio existentibus, difficultate non catere, quod indulgentiarum concessio defunctis facta non sit actus iurisdictionis in defunctis, sed solitus in Christi thelaurum dispensandus. Potest ergo Pontifex quibusvis defunctis satisfactione indulgentibus applicare, aut unde constat illius potestatem ad solos defunctos charactere baptismali insignitos restringi? Quapropter Nauarr. de Indulg. notab. 3. in fine Henr. lib. 7. cap. 18. n. 3. Benzon. lib. 7. de Iubil. cap. 15. dub. 2. 8. assert. 6. existimant, omnibus defunctis in Purgatorio existentibus, sive futuri, sive baptizati, sive non, posse Pontificem indulgentias applicare.

Ceterum, et si resolutio huius difficultatis incerta sit, verosimilis censo, solum defunctis baptizatis indulgentiam concedi posse, eo quod thesaurus satisfactionum Christi, & Sanctorum relictus est Petro dispensandus. Potest ergo Pontifex quibusvis defunctis satisfactione indulgentibus applicare, aut unde constat illius potestatem ad solos defunctos charactere baptismali insignitos restringi? Quapropter Nauarr. de Indulg. notab. 3. in fine Henr. lib. 7. cap. 18. n. 3. Benzon. lib. 7. de Iubil. cap. 15. dub. 2. 8. assert. 6. existimant, omnibus defunctis in Purgatorio existentibus, sive futuri, sive baptizati, sive non, posse Pontificem indulgentias applicare.

Ceterum, et si resolutio huius difficultatis incerta sit, verosimilis censo, solum defunctis baptizatis indulgentiam concedi posse, eo quod thesaurus satisfactionum Christi, & Sanctorum relictus est Petro dispensandus. Potest ergo Pontifex quibusvis defunctis satisfactione indulgentibus applicare, aut unde constat illius potestatem ad solos defunctos charactere baptismali insignitos restringi? Quapropter Nauarr. de Indulg. notab. 3. in fine Henr. lib. 7. cap. 18. n. 3. Benzon. lib. 7. de Iubil. cap. 15. dub. 2. 8. assert. 6. existimant, omnibus defunctis in Purgatorio existentibus, sive futuri, sive baptizati, sive non, posse Pontificem indulgentias applicare.

8. Superest dicendum de conditionibus requisitis, ut praedita applicatio indulgentiarum pro defunctis effectum habeat.

Et in primis ex parte concedentis manifestum est, requiri potestatem, quæ solum in Pontifice residet, aliis vero Præteris

quia thesaurum Ecclesie non applicat Pontifex animabus Purgatorijs, ut Dominus, sed vt dilipensator, qui vt sic fidelis, & prudens, concessionem proportionare debet, caufa. Denique est necessarium, ut in forma concessionis defuncti exprimantur, alias non concesbitur indulgentia pro defunctis concessa: valeat enim tantum quantum sonat, & illis solis, pro quibus Pontifex suam intentionem declarati, quam tam non censeat declarare ex eo solum, quod omnibus fidelibus indulgentiam concescerit. Sub nomine enim fidelium absolute prolati viui tantum intelliguntur. Quapropter si ad defunctos extendere indulgentiam velit, illos debet necessariò exprimere, ut ex communi sententiæ doceat Suar. disp. 55. sec. in fine. n. 7. Bonac. disp. 6. q. 1. p. 6. n. 7.

9. Ex parte vero lucranti indulgentiam, certum est requireti, ut opus inunctum exequatur: quia sub ea conditione indulgentia conceditur: debet tamen illud exequi intentione falso virtuali, ut indulgentia applicetur defuncto. Tum quia in illius fauorem fit. Tum quia est quædam defuncto donatione, & ad illius indulgentiam concessionem requisita designatio. Applicare autem illud opus defuncto, quatenus ab operante satisfactorum est, regulariter non requiritur: quia indulgentia non conceditur in virtute satisfactionis operis inuncti, sed in virtute satisfactionum Christi, & Sanctorum, ad quorum applicationem opus inunctum, ut quid pium, & in eukum Dei cedens exigitur. Ab hac doctrina excipit recte Suar. disp. 53. sec. 4. n. 3. Sacrificium Missæ, eo quod effectum habebat ex opere operato: hoc autem, cum requisitum est pro concessione indulgentie facienda defuncto, ipsi defuncto applicari debet, sed non semper, sed quando in consequente dicitur. Qui pro defuncto Missam dixerit, aut obseruit eius animam à Purgatorio. Secus vero, si non additum fuerit illud verbum pro defuncto.

10. Infuper requirunt aliqui Doctores, obtinente indulgentiam pro defunctis, debete esse in statu gratiæ tempore, quo perficitur opus, & indulgentia defuncto communicatur. Sic Emmen. S. verbis indulgentia. num. 2. Excipit tamen, nisi opus fuerit nomine Ecclesie factum, ut Missæ sacrificium. Sed immo hanc expostulat conditionem: gratia namque ut in superioribus dictum est, non requiritur, ut principiū operis inuncti: quia esto, nec satisfactorum sit, nec meritum, apud esse potest ad indulgentia concessionem, sed requiritur, ut obicem tollat, & subiectum disponat indulgentia suscipienda: at viuus, qui indulgentiam pro defuncto obtinet, exequendo opus inunctum, indulgentiam non suscipit, sed conditione pro consecutione indulgentie exequitur: ergo status gratiæ non est in illo necessariò requisitus. At ut ita docet Gabr. in addit. ad lect. 5. in canon. Suar. disp. 53. sec. 4. n. 6. Coninch. disp. 12. dub. 6. & 11. Laym. lib. 5. sum. 17. 7. cap. 6. num. 1. Rodrig. t. 2. q. regular. qu. 96. art. 4. Tol. lib. 6. cap. 2. 6. & pluribus aliis relatis Bonacini. disput. 6. quasi. 1. p. 6. num. 11.

11. Ex parte defuncti aliqui plures conditiones inutiliter requirunt: quippe sola gratia ipsi inherens, & ab eis inseparabilis sufficit: ea enim redditum appeti, ut Deus satisfactionem in eorum fauorem oblatam acceptet, & penam quam subito debebant remitterat. Primò igitur Henr. quolib. 11. quest. 2. 6. Catech. tract. 16. de indulgent. quest. 5. vers. Quoad tertium. Nauarr. de indulgent. notab. 22. num. 4. existimant defunctum, qui in hac vita existens negligens fuit pro defunctis orare, & indulgentias lucrari, & pro suis peccatis satisfacere, indignum esse, cui indulgentia applicetur. Qui sententia non leuiter faverit August. relatus in cap. non affirmamus. 1. qu. 2. ibi: *Quamvis nos pro quibus sunt, omnibus profici, sed his tantum, quibus de viunt comparatur, ut profici.* Et gregor. lib. 4. Dial. 39. dicens Hoc tamen sciendum est, quia illuc saltem de minima nihil purgationis ob inebit, nisi bonus hoc astibus in hac adiutori vita positus, ut illuc obtineat, promeratur. At certè qui sic negligens fuit in obtinendis indulgentiis, satisfactione pro peccatis exhibenda, & ratione pro defunctis fundenda, nec comparavit, nec promeratus fuit, ut orationes si delium, & indulgentia illi profici. Ergo Nihilominus alij Doctores. Henr. lib. 7. c. 8. n. 3. Suar. disp. 53. sec. 4. n. 9. alij. Pontific. disp. 7. q. 20. punct. 5. in fine. Coninch. disp. 12. dub. 11. Laym. tract. 7. cap. 7. n. 4. in fine, prædictam conditionem omnino restringi: & merito, quippe ad indulgentie applicationem solum requiritur ex parte eius, cui est applicanda, ne ponat obicem: quia est quædam liberalis donatio, & penatum remissio. At eo ipso quo caret peccato, non ponit obicem. Ergo negligens præcedens oblate non potest, quandoquidem peccatum mortale non constituit. Quod si de facto mortale fuit, per penitentiam deletum est. Neque contrarium docuerunt August. & Gregor. sed affirmant non proficere orationes, & sacrificia eis, qui in vita consequendo gratiam non compararent, ut profici: de hac vero negligenter in satisfaciendo nec verbum locuti sunt.

Præterea alij expostulant, ut anima defunctorum, quibus indulgentia applicatur, eas accepient: quia est quædam donatione in eorum fauorem facta. Sed hæc sententia, si de expressa acceptatione loquatur, falsa est: redderet enim indul-

gentes defunctorum omnino insertas, cum incertum sit, an defuncti orationes viuorum, & indulgentiarum applicationes agnoscantur. Si vero de acceptatione generali, & habituali loquuntur, sufficiet potest: quia omnes defuncti in Purgatorio existentes hanc habent voluntatem, ut sibi applicentur, quae necessaria fuerint, ut a tam gravi pena liberentur. Alias nec suffragia viuorum illis prodelle possint. Adeo neque haec generalis voluntas in rigore requiritur: quia satisfactio Christi, quae per indulgentiam applicatur, non ipsis defunctis offertur, ut ipsi teneantur acceptare, sed offertur Deo, qui eam acceptans ponam alioquin defunctis sustinendam remittit: ad quam remissionem opus non est, quod ipsis defuncti concuerant.

## P V N C T V M X I.

## De cessatione Indulgencie.

1. *Indulgentia pro limitato tempore concessa, illo finito, cessat.*
2. *Per reuocationem cessare potest, & qualiter facienda sit, ut habeat effectum.*
3. *Qualiter destruто loco indulgentia localis cesseret.*
4. *Prater predictos modos, nullus alius est, quo propriè indulgentia cesseret.*

1. **V**X diximus tractat. 5. de legibus, disput. 4. à punt. 14. de cessatione priuilegij huic instituto delinere possunt, cum indulgentia quoddam priuilegium sit à principe concessum.

Tripli tantum modo inuenio indulgentiam cessare posse. Primo, si temporalis sit, seu pro limitato tempore concessa: nam eo finito indulgentia cessat: quia excendi non potest ultra intentionem concedentis. Et idem est, si sub aliqua conditione esset indulgentia concessa: & illa conditio cessaret, arg. text. in cap. *Cum Capella. de priuilegiis. cap. Super literas de re script. & tradit. Cordub. q. 36. de indul. proprie. 4. Nauar. notab. 31. n. 25. Suar. disp. 57. sect. 2. n. 2. Coninch. disp. 12. sub. vlt. in hac parte est aliqua difficultas.*

Secundò, cessare potest per reuocationem factam ab eo qui concessit, vel illius successore, vel superiori: quia indulgentia, sicut pender in fieri à voluntate concedentis, ita in conservari, colligunturque manuem unum ex Extraaug. *Quemadmodum de penitent. ex remiss. & Clem. Dudum. §. Nos autem de sepultur. tum ex viu frequenti Ecclesie passim indulgentias renovante. Neque ad hanc reuocationem, ut validis sit, requiri tur specialis causa: ut vero licet sit, præter honestatem finis, qui in omni actione interuenire debet, regulariter aliqua causa adest debet, quæ specialem Dei cultum, vel Ecclesiæ bonum, vel maiorem fidem fructum reficeret: alia Pastor Ecclesie non videbitur facis prudenter le gerere, & iuxta sui munera obligationem, & secundum quod exigunt natura beneficium à se facti, quod decet esse manutinere, reg. *de regul. iuris. in 6. leuitatisque. & inconstantie argui poterit. Reuocatio autem non habet effectum quoque in notitia illorum pertinet, in quorum favorem indulgentia concessa est: quia sic præsumitur esse reuocantis voluntas, ut requisi tur opera ad indulgentiam præstent, & illius fructu fraudentur, vt docet Sylvester. verbo. indulgentia. n. 17. Sá num. 9. Suar. disp. 57. sect. 2. num. 8. & 6. Bonac. alias ref. tens. disp. 6. quæ. 1. p. ult. 8.**

3. Tertiò, cessat indulgentia per destructionem loci, in cuius favorem concessa hominibus est: quia nequeunt eam lucrari, nisi eo in loco, estque loco accessoria. Si vero in eodem loco iterum reædificetur, maximè si post destructionem non longum tempus instauratio intercessit, eadem indulgentia refurgit, que tempore destructionis supponerāt erat: quia eadem Ecclesia mortaliter centeret, quando sub spe redificationis destruxta fuit, vt docet ex communī sententiā Bonac. disput. 6. quæ. 1. p. ult. num. 4. Suar. disput. 52. sect. 1. num. 8. & 9. Excep tamen, nisi in penam delinqüentium Ecclesia destruatur: quia eo casu non suspenduntur priuilegia, sed omnino perirent, nouaque concessione indigent, vt dicit Innocent. in c. 2. de novi operi nūciat, quem refert Glo. in reg. priuilegium de reg. iuris. in 6. & tradit. Laym. l. 5. sum. tr. 7. c. 1. n. 5. At si Ecclesia, sive auctoritate Superioris, sive de facto destruta in aliud locum, sub eodem titulo, & Patrono transferatur, edificanda, communis sententia docet, teste Innocent. & Laym. suprà, & Ludovic. Bonon. tract. de indul. n. 7. omnia Priuilegia, atque adeo indulgentias transfreri. Quod verissimum credo, quando non ratione situs & loci, sed ratione oppidi, religionis, vel Patroni tali Ecclesia priuilegia concessa finit, ut bene notauit Suar. dicta disp. 52. de indulgent. sect. 1. num. 9. & lib. 8. de legib. c. 5. in fine.

4. Præter hos modos, nullus alius est, quo indulgentia concessio propriè cesseret, ut bene expendit Suar. disp. 52. sect. 2. Vnde indulgentia absolute concessa non petit motu concedentis;

quia est gratia, ex textu in cap. *Super gratia, de officio delegat. in 6. Et quia est beneficium Principis, quod decet esse manu rum servit Bonifac. in cap. Decet. 15. de reg. iuris. in 6. vbi Glossa. verbo. Debet, & c. fin. de officio delegat. in 6. verbo. Spirare, & tradit. Nauar. notab. 31. n. 25. c. Placuit. de ponit. dist. 6. n. 161. Cordub. lib. 5. de indulgent. quest. 36. proposit. 1. Suar. dicta sect. 2. n. 2.* Et hoc locum habent non solum in indulgentiis concessis à Pontifice: sed etiam ab Episcopo, vel Archiepiscopo, quinimodo à Legato, eius officio finito, argum. cap. vlt. de officio Legati, & tradit. ibi Glossa. Horum enim potest in indulgentiis concedendis non est quoad duracionem, sed solum quoad quantitatem à iure restricta: & tradit. Nauar. dicto cap. *Placuit. num. 164. Suarez. sect. 2. num. 4. Gonzales ad reg. 8. Cancel. Gloss. 12. num. 18.*

Neque etiam cessat Indulgencia, ex eo, quod eidem loco similis concessa fuerit, nulla in impetracione mentione priora facta: quia ob hunc defectum posterior concessio nullius est valoris, iuxta reg. 57. *Cancellaria.* At prior concessio salua perseverat, ut bene Suar. n. 12.

Neque item cessare renunciatione? quia nemo renunciare potest, quod suum non est: Indulgencia enim, antequam de facto obtineatur, non est lucrans, sed concedens, à eius voluntate pendet; ideoque potest quilibet renunciare eius consecutionem, non tamen potestatem laudandi.

Denique neque ex cessatione cause cessat indulgentia, si causa à principio proportionata fuit concessione: quia indulgentia duratio non pender ex duratione cause; sed propter causam temporalem indulgentia perpetua concedi potest: cui indulgentia unius anni conceditur ob dedicationem Ecclesie, que uno die finitur: quæ omnia latè petracta sunt dicto loco de priuilegio.

## P V N C T V M X I I.

## De Iubile Romano, Compostellano, &amp; extraordinario.

## §. II.

## De natura, &amp; origine Iubilei: &amp; explicatur Romanus Iubileus.

1. *Expenditur nomen Iubilei.*
  2. *Iubilei usus est antiquissimus.*
  3. *Quis sit differentia Iubilei ab indulgentia.*
  4. *Qualiter Romanus Iubileus concessus sit.*
  5. *Quis contineantur in predicto Iubilei.*
  6. *Quod sit opus in iunctum ad huius Iubilei consecutionem.*
  7. *Indulgencia plenaria suspenduntur virtute huius Iubilei.*
  8. *Non suspenduntur indulgentia plenaria, & Iubileus Compostellanus.*
  9. *Item omnes facultates, que ratione querenda indulgentia concedantur.*
  10. *Indulgenter, & facultates Bulls. Cruciate non suspenduntur, esto aliqui oppositum leviant.*
  11. *Nequa suspenduntur facultates absolvendi, & dispensandi Religiosi concessi.*
  12. *Aliqui consentiunt subfendi predictas Indulgenter, & facultates, ut indigent noua concessione.*
  13. *Verius est, solo durante anno iubilei suspendi, & absque nova concessione vim obsinere eo anno transacto.*
  14. *Fit satis rationi opposite.*
1. **I**ubileus, vel, ut alii placet, lobeleus, significavit Hebrei: *in annum quinquagesimum remissionis, iuxta text. Numer. vlt. & Leuit. 25. & 27. illo enim anno donabantur feni libertati relaxabantur delicta, prædia diuidentur ad antiquos possessores revertabantur, exiles in patriam, & pristinam libertatem redibant, ut haberet Leuit. 25. Hinc ergo haec vox Iubilei translatæ est ad tempus gratia significantium, ut constat ex Isaiae cap. 61. n. 2. iuncto Lucæ 4. n. 18. Deinde derivata est ad significandum remissionem, que primùm anno centesimo postmodum quinquagesimum: tandem vigesimali quo concessio est visitantibus Romæ Limina Apostolorum Petri, & Pauli: & ex hac significacione omniaibus aliis plenariis remissionibus Iubilei vox applicatur.*
  2. **V**is Iubilei ita est antiquus, ut initium illius non agnoscatur: quapropter non improbariliter Henric. lib. de indulgent. cap. 15. num. 6. Nauar. notab. 2. 6. n. 1. existimat à tempore Apostolorum Petri, & Pauli incepisse. Qui autem fuerit Pontifex primus, qui authenticè, & scipie concessit Iubileum, incertum est. Bonifac., namque VIII. qui floruit anno 1294. Iubileum centesimum renouavit, ut colligitur satis ex Extraug. *Aniquorum de penit. & remissib. ut tradit. Nauar. notab. 7. n. 4. Caet. tract. 15. cap. 1. pluribus relatis Henric.*